UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Sub qua obligatione? parag. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

Visual Library

ſtinctum, ita ut æger, medio tempore, prudenti judicio, poſsit dici fuiſſe, extra periculum mortis, quod ad illum morbum attinet.

7. Denique Rituale Romanum his verbis breviter, & diſertè propoſitam rem, ſic expedit. *In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, niſi diuturna ſit, ut, cum infirmus convaluerit, iterum in periculum mortis incidit.*

CAPUT III.

De Miniſterio hujus Sacramenti.

§. I.

Miniſter eſt Sacerdos.

1. PRo valore, eſt quilibet ſimplex Sacerdos, licet excommunicatus, vel degradatus. Pro licito autem uſu, debet eſſe Sacerdos non excommunicatus, nec alia innodatus Cenſura, & Juriſdictionem habens in infirmum, qualis eſt Prælatus pro ſuis ovibus, ut item eſt Parochus pro ſuis, vel alius Sacerdos ex alterutrius commiſſione tacita, vel expreſſa. Quare in neceſſitate quilibet Sacerdos nulla Cenſura ligatus licitè confert, quia poteſt præſumere licentiam Parochi, vel Prælati, cum in his actionibus, quæ, non ut validè, ſed, ut licitè fiant, dependent à Superiore, non requiratur, niſi probabilis ejuſdem conſenſus: jure, ut ait Caſtropalaus, *a* ſic diſponente.

a *Caſtrop. de Extr. Vnct. p.* 7. *num.* 4.

3. Si ſane ulla licentia Sacerdos alterum ungeret, ſaltem ſæpè id faciendo, videtur res gravis, atque adeò culpa mortalis, uſurpat enim juriſdictionem alterius. Non ita, ſi ſemel, aut iterum; ſic enim leve quid eſt, ut in ſimili alibi memini, *b* me declaraſſe.

b *In opuſ. de comm. c.* 5. §. 4. *nu.* 8.

4. An Sacerdos excommunicatus licitè ex neceſſitate inungat? colligi ex ibidem dictis poteſt.

§. II.

Sub qua obligatione.

5. PArochus, & Prælati tenentur ex juſtitia, *c* & obligatione ſui officii ſub mortali (alii enim Sacerdotes, ſolùm ex Charitate) hoc Sacramentum conferre ſuis ovibus, ſive expreſsè, ſive tacitè petentibus: quam tacitam petitionem ego interpretor adeſſe, quoties infirmus graviter decumbit, nec Sacerdotem excludit, immò ſi excludat, debet à Parocho perſuaderi, &c. Licet enim infirmus, modo ſupradicto, non obligetur, ſaltem regulariter, ſub mortali Extremam-Unctionem ſuſcipere, qui poteſt ſuo juri cedere, non tamen ita Parochus, qui, ut Paſtor, debet in illo gravi articulo ſuis ovibus de ſpiritualibus remediis providere.

c *Lege Lay. lib.* 5. *tra.* 2. *c.* 7. *n.* 3. *Dianam p.* 3. *tra.* 4. *reſol.* 170.

Pro tempore peſtis videantur Caſtropalaus, *d* & multi, quos citat Leander. *e* Nobis in præſentia ſatis ſit duo notare, Primò. Docent non pauci, *f* ſi peſte infecti, ſint confeſſi, unde cenſeantur eſſe in gratia, poſſe Extremam Unctionem abſolutè omitti.

Secundò, Docent Tannerus *g* aliique, non teneri Parochum, quando, adhibitis remediis, adhuc ſubeſt periculum ſuæ vitæ, hoc Sacramentum porrigere, ſed addit Suarez loc. cit. Parochum obligari, adhibere convenientia remedia, quibus poſſit ſine morali periculo, Extremam Unctionem miniſtrare. Lege ipſum, qui hæc remedia enumerat.

Suar. [illegible] 4. *in* 3. *p.* 44. *ſect.* [illegible] d *Caſtrop. lo. c. p.* 3. *nu.* 5. e *Leand.* [illegible] *Ext. Vnct. d.* 1. *q.* 3. *&* 9. [illegible] *de Sacr. tom.* 4. [illegible] 44. *ſect.* [illegible] *nu.* 10. f *Dian.* [illegible] *Vella.* [illegible] *micus,* [illegible] *Del. Sac.* [illegible] *aliiq.* [illegible] *Medul. Theolog. de Extr. Vnct.* [illegible] *nu.* 8. g *Tann.* [illegible] *allatus Medul. Theolog.* [illegible] *c. Suar.* [illegible]

§. III.

Religioſi, an ſint hujuſmodi Sacramenti Miniſtri.

1. COntra Religioſos conferentes hoc Sacramentum fulminatur ipſo facto excommunicatio Pontifici reſervata in *Clem. prima de Privilegiis.* Intellige autem, quando ſine licentia tacita, vel expreſſa Parochi, vel ſine Pontificis privilegio id faciant. Quibus tamen ipſi ex privilegio conferre Extremam Unctionem poſſint, habes latè apud Quintan. l. mox citando, ex quo duo ſeligo duntaxat.

2. Primò. Si Novitius Sacerdos conferat alicui Extremam-Unctionem ſine licentia Parochi, peccat quidem modò dicto §. 1. *nu.* 5.

3. At non afficitur hac excommunicatione. Ita Suarez *h* (quidquid dicat Navarrus *i*) nam hæc excommunicatio eſt contra Religioſos, Novitii autem, in odioſis, Religioſorum nomine, non veniunt.

3. Secundò. In dicta Clementina non eſt ſermo de Religioſo miniſtrante hoc Sacramentum, alteri Religioſo, qui eſt exemptus à Juriſdictione Parochi. Ratio eſt, quia dictæ prohibitionis totus finis eſt, ne præjudicium

Extr. [illegible] *d.* 44. [illegible] 3. *n.* [illegible] h *Suar.* [illegible] 5. *in* 3. [illegible] 22. [illegible] *ſect.* 4. [illegible] i *Navar. in man.* [illegible] 22. *n.* [illegible] *Sylv.* [illegible] *excom.* [illegible] 7. *n.* [illegible] *ap. Sa.* [illegible] *tamen*

aliquod